

15. Dixitque ei David: Potes me ducere ad cuneum istum? Qui ait: Iura mihi per Deum, quod non occidas me, & non tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum istum. Et iuravit ei David.

16. Qui cum duxisset eum, ecce illi discumbent super faciem universæ terræ comedentes & bibentes, & quasi festum celebrantes diem, pro cuncta præda, & spoliis quæ ceperant de Terra Philisthiim, & de Terra Iuda.

17. Et percussit eos David a vespere usque ad vesperam alterius diei, & non evasit ex eis quisquam, nisi quadringenti viri adolescentes, qui ascenderant camelos, & fugerant.

18. Eruit ergo David omnia, quæ tulerant Amalecitarum, & duas uxores suas eruit.

19. Nec defuit quidquam a parvo usque ad magnum, tam de filiis quam de filiabus, & de spoliis, & quæcumque raperant, omnia reduxit David.

20. Et tulit universos greges & armenta, & minavit ante faciem suam: dixeruntque: Hæc est præda David.

21. Venit autem David ad ducentos viros, qui lassus substiterat, nec sequi poterant David, & residere eos iusserat in Torrente Besor: qui egressi sunt obviam David, & populo qui erat cum eo. Accedens autem David ad populum salutavit eos pacificè.

22. Respondensque omnis vir pessimus, & iniquus de viris, qui ierant cum David, dixit: Quia non venerunt nobiscum, non dabimus eis quidquam de præda, quam eruimus: sed sufficiat unicuique uxor sua & filij: quos cum acceperint, recedant.

23. Dixit autem David: Non sic facietis fratres mei de his, quæ tradidit nobis Dominus, & custodivit nos, & dedit latrunculos, qui eruperant adversum nos, in manus nostras:

24. nec audiet vos quisquam super sermone hoc. æqua enim pars erit descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiter dividet.

25. Et factum est hoc ex die illa, & deinceps constitutum & præfinitum, & quasi lex in Israël usque in diem hanc.

26. Venit ergo David in Siceleg, & misit dona de præda senioribus Iuda proximis suis, dicens: Accipite benedictionem de præda hostium Domini:

27. His, qui erant in Bethel, & qui in Ramoth ad Meridiam, & qui in Iether, & qui in Aroër, & qui in Sephamoth, & qui in Esthamo,

28. & qui in Rachal, & qui in urbibus Ierameel, & qui in urbibus Ceni,

29. & qui in Arama, & qui in lacu Asan, & qui in Athach,

30. & qui in Hebron, & reliquis qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat David ipse, & viri eius.

CAPUT XXXI.

Saülis, cum filiis in pugna cæsi, corpus, truncato capite, in muro Bethsan suspenditur, armæque eius in templo Astaroth: viri autem Iabes, ablatis Saül ac filiorum eius corporibus, iuxta Iabes ea sepelierunt.

1. Philisthiim autem pugnabant adversum Israël: & fugerunt viri Israël ante faciem Philisthiim, & ceciderunt interfecti in monte Gelboë.

2. \* Irrueruntque Philisthiim in Saül, & in filios eius, & percusserunt Ionathan, & Abinadab, & Melchisua filios Saül, & totumque pondus prælij versum est in Saül: & consecuti sunt eum viri sagittarii, & vulnerati est vehementer a sagittariis.

3. Dixitque Saül ad armigerum suum: Evagina gladium tuum, & percutite me: ne forte veniant incircumcisi isti, & interficiant me, illudentes mihi. Et noluit armiger eius: fuerat enim nimio terrore perterritus. arripuit itaque Saül gladium, & irruit super eum.

4. Quod cum vidisset armiger eius, videlicet quod mortuus esset Saül, irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo.

5. Mortuus est ergo Saül, & tres filij eius, & armiger illius, & universi viri eius in die illa pariter.

6. Duobus annis post obitum Samuelem, ut notavit quoque Clemens Alexandr.

7. Videntes autem viri Israël, qui erant trans vallem, & trans Iordanem, quod fugissent viri Israëlitarum, & quod mortuus esset Saül, & filij eius, reliquerunt civitates suas, & fugerunt: veneruntque Philisthiim, & habitaverunt ibi.

8. Facta autem die altera, venerunt Philisthiim, ut spoliarent interfectos, & invenerunt Saül & tres filios eius iacentes in monte Gelboë.

9. Et præciderunt caput Saül, & spolia-

Eodem ann. 2949.

\* 1. Par. 10. 2. 3.

\* 1. Par. 10.

\* Duobus annis post obitum Samuelem, ut notavit quoque Clemens Alexandr.


liaverunt eum armis: & miserunt in Terram Philistinorum per circuitum, ut annuntiaretur in templo idolorum, & in populis.

10. Et posterunt arma eius in templo Astaroth, corpus vero eius suspenderunt in muro Bethsan.

11. \* Quod cum audissent habitatores Iabes Galaad, quæcumque fece-

rant Philisthiim Saül, & filios eius, surrexerunt omnes viri fortissimi, & ambulaverunt tota nocte, & tulerunt cadaver Saül, & cadavera filiorum eius de muro Bethsan: veneruntque Iabes Galaad, & combusserunt ea ibi.

12. & tulerunt ossa eorum, & sepelierunt in nemore Iabes, & icinaverunt septem diebus.



LIBER SECUNDUS  
SAMUELS,

QUEM NOS  
SECUNDUM REGUM DICIMUS.

SECUNDUM liber Regum, res gestas a morte Saülis ad finem usque Davidis regni describit; annorum circiter 40. historiam exhibens.

CAPUT PRIMUM.

David occiso nuntio, qui se Saulem occidisse dicebat, scissis vestibus deserit eum cum ceteris occisis, ieiunans ac precipiens ut filios Iuda doceret arcum.

1. Anno M. 2949. Ant. Chr. 1055. Hæc est David an. 30. Infr. 5. 4. Anno M. 2949. Ant. Chr. 1055. Hæc est David an. 30. Infr. 5. 4.

2. In die autem tertia apparuit homo veniens de castris Saül veste conscissa, & pulvere conspersus caput, & ut venit ad David, cecidit super faciem suam & adoravit.

3. Dixitque ad eum David: Unde venis? Qui ait ad eum: De castris Israël fugi. 4. Et dixit ad eum David: Quod est verbum quod factum est? indicat militem. Qui ait: Fugit populus ex prælio, & multi corruentes e populo mortui sunt sed & Saül & Ionathas filius eius interierunt.

5. Dixitque David ad adolescentem, qui nuntiabat ei: Unde scis quia mortuus est Saül, & Ionathas filius eius?

6. Et ait adolescens qui nuntiabat ei: Casus veni in montem Gelboë, & Saül incumbebat super hastam suam: porro

currus & equites appropinquabant ei, & conversus post tergum suum, vidensque me, vocavit. Cui cum respondissem: Adsum: ait: Quisnam es tu? Et ait ad eum: Amalecites ego sum.

7. Et locutus est mihi: Sta super me, & interfice me: quoniam tenent me angustia, & adhuc tota anima mea in me est.

8. Stansque super eum, occidi illum: sciebam enim quod vivere non poterat post ruinam: & tuli diadema quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te dominum meum huc.

9. Apprehendens autem David vestimenta sua occidit, & omnesque viros, qui erant cum eo, & planxerunt, & flevērunt, & icinaverunt usque ad vesperam super Saül, & super Ionathan filium eius, & super populum Domini, & super domum Israël, eo quod corruissent gladio.

10. Dixitque David ad iuvenem qui nuntiaverat ei: Unde es tu? Qui respondit: Filius hominis advena Amalecite ego sum.

11. Et ait ad eum David: \* Quare non timuisti mittere manum tuam ut occideres christum Domini? & Saül

12. Vocansque David unum de pueris suis,

\* Pr. 104. 15.

\* Pr. 104. 15.



suis, ait: Accedens irruie in eum. Qui percussit illum, & mortuus est.

16. Et ait ad eum David: Sanguis tuus super caput tuum: os enim tuum locutum est adversum te, dicens: Ego interfeci christum Domini.

17. Planxit autem David planctum hulsemodi super Saül, & super Ionatham filium eius.

18. (& præcepit ut docerent filios Iudæ arcum, sicut scriptum est in Libro Iustorum.) Et ait: Considera Israël pro his, qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati.

19. Inclyti, Israël, super montes tuos imperfecti sunt: quo modo ceciderunt fortes?

20. Nolite annunciare in Geth, neque annuncietis in campis Ascalonis: ne forte lateatur filii Philisthæim, ne exultent filii incircumcisorum.

21. Montes Gelboë, nec ros, nec pluvia veniant super vos, neque sint agri primitiarum: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saül, quasi non esset unctus oleo.

22. A sanguine interfectorum, ab adipe fortium, sagitta Ionathæ numquam rediit retrorsum, & gladius Saül non est reversus inanis.

23. Saül & Ionathas amabiles, & decori in vita sua, in morte quoque non sunt divisi: aquillis velociores, leonibus fortiores.

24. Filia Israël super Saül flete, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro.

25. Quo modo ceciderunt fortes in prælio? Ionathas in excelsis tuis occisus est?

26. Doleo super te frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis super amorem mulierum. Sicut mater unicum amat filium suum, ita ego te diligebam.

27. Quo modo ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica?

*David Dei oraculo iustus ascendere in Hebron, ibi super Iudæ in regem unctus, novis Iabes Galaad ob Saülis sepulchrum commendat: Isobsethi vero in regem super Israël unctio gravem peperit seditionem ac pugnam inter utramque domum.*

Eodem ann. 2949. **I.** Gitur post hæc consulit David Dominum, dicens: Nûm ascen-

dam in unam de civitatibus Iudæ? Et ait Dominus ad eum: Ascende. Dixitque David: Quo ascendam? Et respondit ei: In Hebron.

2. Ascendit ergo David, & duæ uxores eius, Achinoam Iezraëlites, & Abigail uxor Nabal Carmeli.

3. sed & viros, qui erant cum eo, duxit David singulos cum domo sua: & manserunt in oppidis Hebron.

4. Veneruntque viri Iudæ, & unxerunt ibi David, ut regnaret super domum Iudæ. Et nunciatum est David, quod viri Iabes Galaad sepelissent Saül.

5. Misit ergo David nuncios ad viros Iabes Galaad, dixitque ad eos: Benedicti vos Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saül, & sepelivistis eum.

6. Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam & veritatem: sed & ego reddam gratiam, eò quod fecistis verbum istud.

7. Confortentur manus vestræ, & estote filij fortitudinis: licet enim mortuus sit dominus vester Saül, tamen me unxit domus Iudæ in regem sibi.

8. Abner autem filius Ner principis exercitus Saül, tulit Isobseth filium Saül, & circumduxit eum per castra.

9. regemque constituit super Galaad, & super Gessuri, & super Iezraël, & super Ephraim, & super Beniamin, & super Israël universum.

10. Quadrâginta annorum erat Isobseth filius Saül cum regnare cœpisset super Israël, & duobus annis regnavit: sola autem domus Iudæ sequebatur David.

11. Et fuit numerus dierum, quos commoratus est David, imperans in Hebron super domum Iudæ, septem annorum, & sex mensium.

12. Egressusque est Abner filius Ner, & pueri Isobseth filij Saül de castris in Gabaon.

13. Porrò Iobab filius Sarviæ, & pueri David egressi sunt, & occurrerunt eis iuxta piscinam Gabaon. Et cum in unum convenissent, e regione sederunt: hi ex una parte piscinæ, & illi ex altera.

14. Dixitque Abner ad Iobab: Surgant pueri, & ludant coram nobis. Et respondit Iobab: Surgant.

15. Surrexerunt ergo, & transierunt numero duodecim de Beniamin, ex parte Isobseth filij Saül, & duodecim de pueris David.

\* 1. Mach. 2. 57. Infr. 5. 3.

\* Scilicet in pace. Ad annum usq. 2951. Postea vero orta est illa concertatio que hæc habetur à v. 12. usque ad initium c. 5.

\* Singulare certamen inveniunt 12. juvenes.

16. Apprehensoque unusquisque capite comparis sui, defixit gladium in latus contrarij, & ceciderunt simul: vocatumque est nomen loci illius: Ager robustorum, in Gabaon.

17. Et ortum est bellum durum satis in die illa: fugatusque est Abner, & viri Israël a pueris David.

18. Erant autem ibi tres filij Sarviæ, Iobab, & Abisaï, & Asaël: porrò Asaël cursor velocissimus fuit, quasi unus de capreis, que morantur in silvis.

19. Persequebatur autem Asaël Abner, & non declinavit ad dextram neque ad sinistram omitens persequi Abner.

20. Respexit itaque Abner post tergum suum, & ait: Tunè es Asaël? Qui respondit: Ego sum.

21. Dixitque ei Abner: Vade ad dextram, sive ad sinistram, & apprehende unum de adolescentibus, & tolle tibi spolia eius. Noluit autem Asaël omittere quin urgeret eum.

22. Rursimque locutus est Abner ad Asaël: recede, noli me sequi, ne compellar confodere te in terram, & levare non potero faciem meam ad Iobab fratrem tuum.

23. Qui audire contempsit, & noluit declinare: percussit ergo eum Abner aversâ hastâ in inguine, & transfodit, & mortuus est in eodém loco: omnesque qui transibant per locum illum, in quo ceciderat Asaël, & mortuus erat, subsistebant.

24. Persequentibus autem Iobab, & Abisaï fugientem Abner, sol occubuit: & venerunt usque ad Collem aque ductus, qui est ex adverso vallis itineris deserti in Gabaon.

25. Congregatique sunt filij Beniamin ad Abner: & conglobati in unum cuneum, steterunt in summitate tumuli unius.

26. Et exclamavit Abner ad Iobab, & ait: Nûm usque ad interneccionem tuus mucro deserviet? an ignoras quòd periculosa sit desperatio? usquequò non dicis populo ut omitat persequi fratres suos?

27. & ait Iobab: Vivit Dominus, si locutus fuisses, manè recessisset populus persequens fratrem suum.

28. Insonuit ergo Iobab buccina, & stetit omnis exercitus, nec persecuti sunt ultra Israël, neque iniere certamen.

29. Abner autem & viri eius abierunt

per campestria, totâ nocte illâ: & transierunt fordanem, & illustratâ omni Beth horon, venerunt ad Castra.

30. Porrò Iobab reversus, omisso Abner, congregavit omnem populum: & defuerunt de pueris David decem & novem viri, excepto Asaële.

31. Servi autem David percusserunt de Beniamin, & de viris, qui erant cum Abner trecentos sexaginta, qui & mortui sunt.

32. Tuleruntque Asaël, & sepelierunt eum in sepulchro patris sui in Bethlehem: & ambulaverunt totâ nocte Iobab & viri qui erant cum eo, & in ipso crepusculo pervenerunt in Hebron.

CAPUT III.

*Abner reprehensus ob concubinam iratus regressus ad David, occiditur a Iobab, cui David iratus amare desinet Abner.*

1. **F**acta est ergo longa concertatio inter domum Saül, & inter domum David: David proficiens, & semper seipso robustior, domus autem Saül decrescens quotidie.

2. Nati sunt filij David in Hebron: fuitque primogenitus eius Amnon de Achinoam Iezraëlitide.

3. Et post eum Cheleab de Abigail uxore Nabal Carmeli: porrò tertius Absalom filius Maachâ filia Tholmai regis Gessur.

4. Quartus autem Adonias, filius Haggith: & quintus Saphathia, filius Abital.

5. Sextus quoque Iethraam de Eglâ uxore David, hi nati sunt David in Hebron.

6. Cùm ergo esset prælium inter domum Saül & domum David, Abner filius Ner regebat domum Saül.

7. Fuerat autem Saül concubina nomine Respha, filia Aia. Dixitque Isobseth ad Abner: Quare ingressus es ad concubinam patris mei? Qui iratus nimis propter verba Isobseth, ait: Numquid caput canis ego sum adversum Iudam hodie, qui fecerim misericordiam super domum Saül patris tui, & super fratres & proximos eius, & non tradidi te in manus David, & tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodiè?

8. Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, nisi quomodo juravit Dominus tibi, nisi quomodo juravit Dominus tibi, nisi quomodo juravit Dominus tibi.

\* Que per ann. 5. cum dimidiidioravit, ab ann. 2951. ad an. 2956. \* 1. Par. 3.1.



David, sic faciam cum eo,  
10. ut transferatur regnum de domo Saül, & elevetur thronus David super Israël, & super Iudam, a Dan usque Bersabee.

11. Et non potuit respondere ei quidquam, quia metuebat illum.  
12. Misit ergo Abner nuncios ad David pro se dicentes: Cuius est terra? Et ut loquerentur: Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum, & reducam ad te universum Israël.

13. Qui ait: Optime: ego faciam tecum amicitias: sed unam rem peto a te, dicens: Non videbis faciem meam antequam adduxeris Michol filiam Saül: & sic venies, & videbis me.

14. Misit autem David nuncios ad Isoboth filium Saül, dicens: \* Redde uxorem meam Michol, quam despondi mihi centum præputiis Philisthiim.

15. Misit ergo Isoboth, & tulit eam a viro suo Phaltiel, filio Laïs.

16. Sequebaturque eam vir suus, plorans usque Bahurim: & dixit ad eum Abner: Vade, & revertere. Qui reversus est.

17. Sermonem quoque intulit Abner ad seniores Israël, dicens: Tam heri quam nudius tertius querebatis David ut regnaret super vos.

18. Nunc ergo facite: quoniam Dominus locutus est ad David, dicens: In manu servi mei David salvabo populum meum Israël de manu Philisthiim, & omnium inimicorum eius.

19. Locutus est autem Abner etiam ad Beniamin. Et abiit ut loqueretur ad David in Hebron omnia quæ placuerant Israël, & universo Beniamin.

20. Venitque ad David in Hebron cum viginti viris: & fecit David Abner, & viris eius qui venerant cum eo, convivium.

21. Et dixit Abner ad David: Surgam, ut congregem ad te dominum meum regem omnem Israël, & ineam tecum fœdus, & imperes omnibus, sicut desiderat anima tua. Cùm ergo deduxisset David Abner, & ille isset in pace,

22. statim pueri David, & Ioab venerunt, cæsis latronibus, cum præda magna nimis: Abner autem non erat cum David in Hebron, quia iam dimiserat eum, & profectus fuerat in pace.

23. Et Ioab, & omnis exercitus, qui erat cum eo, postea venerunt: nunciatum est itaque Ioab a narrantibus: Ve-

nit Abner filius Ner ad regem, & dimisit eum, & abiit in pace.

24. Et ingressus est Ioab ad regem, & ait: Quid fecisti? Ecce venit Abner ad te: quare dimisisti eum, & abiit & recessit?

25. Ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te ut deciperet te, & sciret exitum tuum, & introitum tuum, & nosset omnia quæ agis?

26. Egressus itaque Ioab a David, misit nuncios post Abner, & reduxit eum a cisterna Sira, ignorante David.

27. Cùmque redisset, Abner in Hebron, seorsum adduxit eum Ioab ad medium portæ, ut loqueretur ei, in dolo: & percussit illum ibi in inguine, & mortuus est in ultionem sanguinis Asaël fratris eius.

28. Quod cùm audisset David, rem iam gestam, ait: Mundus ego sum, & regnum meum apud Dominum usque in sempiternum a sanguine Abner filij Ner,

29. & veniat super caput Ioab, & super omnem domum patris eius: nec deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens, & leprosus, & tenens fenum, & cadens gladio, & indigens pane.

30. Igitur Ioab & Abisai frater eius interfecerunt Abner, eò quòd occidisset Asaël fratrem eorum in Gabaon in prælio.

31. Dixit autem David ad Ioab, & ad omnem populum, qui erat cum eo: Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner, porrò rex David sequebatur feretrum.

32. Cùmque sepelissent Abner in Hebron, levavit rex David vocem suam, & flevit super tumulum Abner: flevit autem & omnis populus.

33. Plangensque rex & lugens Abner, ait: Nequaquam ut mori solent ignavi, mortuus est Abner.

34. Manus tuæ ligatæ non sunt, & pedes tui non sunt compedibus aggravati: sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis, sic corruisti. Congemiansque omnis populus flevit super eum.

35. Cùmque venisset universa multitudo cibum capere cum David, clarâ adhuc die iuravit David, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si ante occasum solis gustavero panem vel aliud quidquam.

36. Omnisque populus audivit, & placuerunt eis cuncta quæ fecit rex in conspectu totius populi.

37. & cognovit omne vulgus, & universus Israël in die illa quoniam non actum fuisset a rege ut occideretur Abner filius Ner.

38. Dixit quoque rex ad servos suos: Num ignoratis quoniam princeps & maximus cecidit hodie in Israël?

39. Ego autem adhuc defecatus, & unctus rex: porrò viri isti filij Sarviæ duri sunt mihi: retribuatur Dominus facienti malum iuxta malitiam suam.

## CAPUT IV.

Baana & Rechab militum præfecti caput Isobeth, quem dormientem occiderant, ad David attulerunt, quos pro mercede iussit interim.

Anno M. 2956.  
Ant. Chr. 1048.

1. **A**Udivit autem Isobeth filius Saül quod cecidisset Abner in Hebron: & dissoluta sunt manus eius, omnisque Israël perturbatus est.

2. Duo autem viri principes latronum erant filio Saül, nomen uni Baana, & nomen alteri Rechab, filij Remmon Berothite de filiis Beniamin: siquidem & Beroth reputata est in Beniamin.

3. & fugerunt Berothitæ in Gethaim, fueruntque ibi advenæ usque ad tempus illud.

4. Erat autem Ionathæ filio Saül filius debilis pedibus: quinquennis enim fuit, quando venit nuncios de Saül & Ionathâ ex Iezrahel, tollens itaque eum nutrix sua, fugit: cùmque festinaret ut fugeret, cecidit, & claudus effectus est: habuitque vocabulum Miphiboseth\*.

\* Qui & Meribbaal.  
1. Par. 8.  
34. & 9. 40.

5. Venientes igitur filij Remmon Berothitæ, Rechab & Baana, ingressi sunt fervente die domum Isobeth: qui dormiebat super stratum suum meridie. Et ostiaria domus purgans triticum, obdormivit.

6. Ingressi sunt autem domum latenter assumptes spicas tritici, & percusserunt eum in inguine Rechab & Baana frater eius, & fugerunt.

7. Cùm autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in conclavi, & percussit interfecerunt eum: sublatoque capite eius, abierunt per viam deserti totâ nocte.

8. & attulerunt caput Isobeth ad David in Hebron: dixeruntque ad regem: Ecce caput Isobeth filij Saül inimici tui, qui quærebat animam tuam: & dedit Do-

minus domino meo regi ultionem hodie de Saül, & de semine eius.

9. Respondens autem David Rechab, & Baana fratri suo, filiis Remmon Berothitæ, dixit ad eos: Vivit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustia,

10. \* quoniam eum, qui annuntiaverat mihi, & dixerat: Mortuus est Saül: qui putabat se prospera nunciare, tenui, & occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuncio.

11. Quantò magis nunc cum homines impij interfecerunt virum innoxium in domo sua, super lectum suum, non quem sanguinem eius de manu vestra, & auferam vos de terra?

12. Præcepit itaque David pueris suis, & interfecerunt eos: præcidentesque manus & pedes eorum, suspenderunt eos super piscinam in Hebron: caput autem Isobeth tulerunt, & sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron.

## CAPUT V.

David unctus super totum Israël, pulsus Iebusæis, arcem Sion cepit: ubi extruxit domo habitavit, alias superinducens uxores, filiisque procreans, & Philistheos bis prosternens.

1. **E**T venerunt universæ tribus Israël ad David in Hebron, dicentes: \* Ecce nos, os tuum, & caro tua sumus.

2. Sed & heri & nudius tertius cùm esset Saül rex super nos, tu eras educens & reducens Israël: dixit autem Dominus ad te: Tu pasces populum meum Israël, & tu eris dux super Israël.

3. Venerunt quoque & seniores Israël ad regem in Hebron, & percussit cum eis rex David fœdus in Hebron coram Domino: \* unxeruntque David in regem super Israël.

4. Filius triginta annorum erat David, cum regnare cœpisset, \* & quadraginta annis regnavit\*.

5. In Hebron regnavit super Iudam septem annis & sex mensibus: in Ierusalem autem regnavit triginta tribus annis super omnem Israël & Iudam.

6. Et abiit rex, & omnes viri qui erant cum eo, in Ierusalem, ad Iebusæum habitatorem terræ: dictumque est David ab eis: Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos dicentes: Non ingredietur David huc.

\* Sup. 1. 15.

Anno M. 2956.  
\* 1. Par. 11. 1.

\* Sup. 2. 4.  
\* 3. Reg. 2. 11.

\* Scilicet a morte Saül usque ad ingressum Salomonem a Sadoe Sacerdote.

Inf. 3. Reg. 1. 39.

Regnavit enim in universum ann. 40. cum dimidio, ut hinc videre est vers. 5.

Hincque pater cum Ierusalem ingressum, anno 37.



7. Cepit autem David arcem Sion, hæc est civitas David.

8. Proposuerat enim David in die illa præmium, qui percussisset Iebusæum, & tetigisset domatum fistulas, & abstulisset cæcos & claudos odientes animam David. idcirco dicitur in proverbio: Cæcus & claudus non intrabunt in templum.

\* 1. Paral. 11. 7. 8. Anno M. 2958. Ant. Chr. 1046.

9. Habitavit autem David in arce, & vocavit eam, Civitatem David: & ædificavit per gyrum a Mello & intrinsecus.

10. Et ingrediebatur proficiens atque succrescens, & Dominus Deus exercituum erat cum eo.

\* 1. Paral. 14. 1.

11. Misit quoque Hiram rex Tyri nuncios ad David, & ligna cedrina, & artifices lignorum, artificesque lapidum ad parietes: & ædificaverunt domum David.

12. Et cognovit David quoniam confirmasset eum Dominus regem super Israël, & quoniam exaltasset regnum eius super populum suum Israël.

\* 1. Paral. 3. 1. & 2.

13. Accepit ergo David adhuc concubinas & uxores de Ierusalem, postquam venerat de Hebron: natiq; sunt David & alij filij & filiae:

14. & hæc nomina eorum, qui nati sunt ei in Ierusalem, Samua, & Sobab, & Nathan, & Salomon,

15. & Iebahar, & Elisua, & Nepheg,

16. & Iaphia, & Elisama, & Elioda, & Eliphaleth.

\* Ann. M. 2958.

17. Audierunt ergo Philistiim quod unxissent David in regem super Israël: & ascenderunt universi ut quærerent David: quod cum audisset David, descendit in præsidium.

\* 1. Paral. 14. 9.

18. Philistiim autem venientes diffusi sunt in Valle Raphaïm.

19. & consuluit David Dominum, dicens: Si ascendam ad Philistiim? & si dabis eos in manu mea? Et dixit Dominus ad David: Ascende, quia tradens dabo Philistiim in manu tua.

\* 1. Paral. 14. 11.

20. Venit ergo David in Baal Pharasim, & percussit eos ibi, & dixit: \* Divisit Dominus inimicos meos coram me, sicut dividuntur aquæ. Propterea vocatum est nomen loci illius, Baal Pharasim.

\* 1. Paral. 14. 12.

21. Et reliquerunt ibi sculpilia sua: quæ tulit David, & viri eius.

22. Et addiderunt adhuc Philistiim ut ascenderent, & diffusi sunt in Valle Raphaïm.

23. Consuluit autem David Dominum: Si ascendam contra Philisthæos, & tra-

das eos in manus meas? Qui respondit: Non ascendas contra eos, sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex adverso pyrorum.

24. Et cum audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, ut percutiat castra Philistiim.

25. Fecit itaque David sicut præcepit ei Dominus, & percussit Philistiim de Gabaa, usque dum venias Gezer.

## CAPUT VI.

*Reducente David arcam a domo Abinadab, Oza a Domino occisus est quod illam attigisset; quare eam in domo Obdedom reliquit: postmodum vero in Ierusalem reducens, & ante eam ludens, a Michol uxore ridetur: in cuius panam nunquam illa deinceps peperit.*

1. Congregavit autem rursus David omnes electos ex Israël triginta millia.

2. Surrexitque David, & abiit, & universus populus, qui erat cum eo de viris Iuda, ut adducerent arcam Dei, super quam invocatum est nomen Domini exercituum, sedentis in cherubim super eam.

3. Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum novum: tuleruntque eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa: Oza autem, & Ahio filij Abinadab, minabant plaustrum novum.

4. Cumque tulissent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa, custodiens arcam Dei Ahio præcedebat arcam.

5. David autem, & omnis Israël ludabant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & citharis & lyris & tympanis & sistris & cymbalis.

6. Postquam autem venerunt ad Arcam Nachon, extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boves, & declinaverunt eam.

7. Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate: qui mortuus est ibi iuxta arcam Dei.

8. Contristatus est autem David, eo quod percussisset Dominus Ozam, & vocatum est nomen loci illius: Percussio Ozæ usque in diem hanc.

9. Et extimuit David Dominum in die illa,

\* 1. Paral. 13. 5. Anno M. 2959.

\* 1. Reg. 7. 11.

\* 1. Paral. 13. 11.

illa, dicens, Quo modo ingredietur ad me arca Domini?

10. Et noluit divertere ad se arcam Domini in civitatem David: sed divertit eam in domum Obdedom Gethæi.

11. Et habitavit arca Domini in domo Obdedom Gethæi tribus mensibus: & benedixit Dominus Obdedom, & omnem domum eius.

\* 1. Paral. 15. 25.

12. Nunciatumque est regi David quod benedixisset Dominus Obdedom, & omnia eius propter arcam Dei. Abiit ergo David, & adduxit arcam Dei de domo Obdedom in civitatem David cum gaudio: & erant cum David septem chori, & victima vituli.

\* 1. Paral. 15. 26.

13. Cumque transcendissent qui portabant arcam Domini sex passus, immolabat bovem & arietem,

14. & David saltabat totis viribus ante Dominum. porrò David erat accinctus ephod lineo.

15. Et David, & omnis domus Israël ducebant arcam testamenti Domini, in iubilò, & in clangore buccinæ.

16. Cumque intrasset arca Domini in civitatem David, Michol filia Saül propiciens per fenestram, vidit regem David subsilentem, atque saltantem coram Domino: & desepit eum in corde suo.

17. Et introduxerunt arcam Domini, & imposuerunt eam in loco suo in medio tabernaculi, quod tetenderat ei David: & obrulit David holocausta, & pacifica coram Domino.

18. Cumque complexset offerens holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituum.

19. Et paritum est universæ multitudini Israël tam viro quam mulieri singulis collyridam panis unam, & assaturam butulæ carnis unam, & simillam frixam oleo: & abiit omnis populus, unusquisque in domum suam.

20. Reversusque est David ut benediceret domui suæ: & egressa Michol filia Saül in occursum David, ait: Quam gloriosus fuit hodie rex Israël discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur unus de scurris.

21. Dixitque David ad Michol: Ante Dominum, qui elegit me potius quam patrem tuum, & quam omnem domum eius, & præcepit mihi ut essem dum super populum Domini in Israël,

22. & ludam, & villor fiam plùs quam

factus sum: & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo.

23. Igitur Michol filia Saül non est natus filius usque in diem mortis suæ.

## CAPUT VII.

*David proponens ædificare domum Domino, a Nathan prophetâ primùm collaudatur, postmodum iubente Domino prohibetur, sed filius ei promittitur illam ædificaturus, unde Domino grâtiâ agit.*

1. Factum est autem cum sedisset rex in domo sua, & Dominus dedisset ei requiem undique ab universis inimicis suis,

2. dixit ad Nathan prophetam: \* Videne quòd ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium?

3. Dixitque Nathan ad regem: Omne quod est in corde tuo, vade fac: quia Dominus tecum est.

4. Factum est autem in illa nocte: & ecce sermo Domini ad Nathan, dicens:

5. Vade, & loquere ad servum meum David: Hæc dicit Dominus: Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum?

6. Neque enim habitavi in domo ex die illa, quâ eduxi filios Israël de Terra Ægypti, usque in diem hanc: sed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio.

7. Per cuncta loca, quæ transivi cum omnibus filiis Israël, numquid loquens locutus sum ad unam de tribubus Israël, cui præcepi ut pasceret populum meum Israël, dicens: Quare non ædificastis mihi domum cedrinam?

8. Et nunc hæc dices servo meo David: Hæc dicit Dominus exercituum: \* Ego tuli te de pascuis sequentem greges, ut esses dux super populum meum Israël:

9. & fui tecum in omnibus ubicumque ambulasti, & interfeci universos inimicos tuos a facie tua: fecique tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra.

10. Et ponam locum populo meo Israël, & plantabo eum, & habitabit sub eo, & non turbabit amplius: nec addent filij iniquitatis ut affligant eum sicut prius,

11. ex die quâ constitui iudices super populum meum Israël: & requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, prædicetque tibi Dominus, quòd domum faciat tibi Dominus.

Anno M. 2960. Ant. Chr. 1044.

\* 1. Paral. 17. 1.

\* 1. Reg. 16. 13. 1. Paral. 77. 70.



- 3. Reg. 8. 12.** \* Cūmque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum eius.
- 3. Reg. 5. 6.** \* Ipse aedificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum.
- 1. Paral. 22. 10. Hebr. 1. 5.** \* Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium: qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum.
- Psal. 88. 34 37.** \* Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli a Saül, quem amovi a facie mea.
16. Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum usque in aeternum ante faciem tuam, & \* thronus tuus erit firmus iugiter.
- Hebr. 1. 8.** \* Secundum omnia verba hæc, & iuxta universam visionem istam, sic locutus est Nathan ad David.
18. Ingressus est autem rex David, & sedit coram Domino, & dixit: Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque?
19. Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo servi tui in longinquum: ista est enim lex Adam, Domine Deus.
20. Quid ergo addere poterit adhuc David, ut loquatur ad te? tu enim scis servum tuum Domine Deus.
21. Propter verbum tuum, & secundum cor tuum fecisti omnia magna hæc, ita ut notum faceres servo tuo.
22. Idcirco magnificatus es Domine Deus, quia non est similis tui, neque est Deus extra te, in omnibus quæ audivimus auribus nostris.
23. Quæ est autem, ut populus tuus Israël, gens in terra, propter quam ivit Deus, ut redimeret eam sibi in populum, & poneret sibi nomen, faceretque eis magna, & horribilia super terram, a facie populi tui, quem redemisti tibi ex Ægypto, gentem, & deum eius.
24. Firmasti enim tibi populum tuum Israël in populum sempiternum: & tu Domine Deus factus es eis in Deum.
25. Nunc ergo Domine Deus verbum, quod locutus es super servum tuum, & super domum eius, suscita in sempiternum: & fac sicut locutus es,
26. ut magnificetur nomen tuum usque in sempiternum, atque dicatur: Dominus exercituum, Deus super Israël. Et domus servi tui David erit stabilita coram Domino,

27. quia tu Domine exercituum Deus Israël revelasti aurem servi tui, dicens: Domum aedificabo tibi: propterea invenit servus tuus cor suum ut oraret te oratione hæc.

28. Nunc ergo Domine Deus, tu es Deus, & verba tua erunt vera: locutus es enim ad servum tuum bona hæc.

29. Incipe ergo, & benedic domui servi tui, ut sit in sempiternum coram te: quia tu Domine Deus locutus es, & benedictione tua benedicetur domus servi tui in sempiternum.

## CAPUT VIII.

*Victorie varie Davidis, qui multos fecit tributarios quibus solebant Israëlites pendere tributa: congratulatio Thoui regis Emath de rege Adarezer devicto, a quo multa spolia David abstulit: officiarum quos habebat David recensentur.*

1. **F**ACTUM est autem post hæc percussit David Philistiim, & humiliavit eos, \* & tulit David Frenum tributi de manu Philistiim.
2. Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo, coæquans terræ: mensus est autem duos funiculos, unum ad occidentum, & unum ad vivificandum: factusque est Moab David serviens sub tributo.
3. Et percussit David Adarezer filium Rohob regem Soba, quando profectus est ut dominaretur super flumen \* Euphraten.
4. Et captus David ex parte eius mille septingentis equitibus, & viginti millibus peditum, subnervavit omnes iugales curruum: dereliquit autem ex eis centum currus.
5. Venit quoque Syria Damasci, ut præsidium ferret Adarezer regi Soba: & percussit David de Syria viginti duo millia virorum.
6. Et posuit David præsidium in Syria Damasci: factaque est Syria David serviens sub tributo: servavitque Dominus David in omnibus ad quæcumque profectus est.
7. Et tulit David arma aurea, quæ habebant servi Adarezer, & deltulit ea in Jerusalem.
8. Et de Bete, & de Beroth civitatibus Adarezer tulit rex David æs multum nimis.
9. Audivit autem Thoui rex Emath, quod

\* 1. Paral. 18. 1. Eodem ann. 2960.

\* 1. Paral. 18. 3.

- quod percussisset David omne robur Adarezer,
10. & misit Thoui Ioram filium suum ad regem David, ut saluaret eum congratulans, & gratias ageret: eò quod expugnasset Adarezer, & percussisset eum. Hostis quippe erat Thoui Adarezer, & in manu eius erant vasa aurea, & vasa argentea, & vasa ærea:
11. quæ & ipsa sanctificavit rex David Domino cum argento & auro, quæ sanctificaverat de universis gentibus, quas subegerat
12. de Syria, & Moab, & filiis Ammon, & Philistiim, & Amalec, & de manubus Adarezer filij Rohob regis Soba.
13. Fecit quoque sibi David nomen cum reverteretur capti Syria in Valle Salarum, cæsis decem & octo millibus:
14. & posuit in Idumæa custodes, statuitque præsidium: & facta est universa Idumæa serviens David, & servavit Dominus David in omnibus ad quæcumque profectus est.
15. Et regnavit David super omnem Israël: faciebatur quoque David iudicium & iustitiam omni populo suo.
16. Ioab autem filius Sarvia erat super exercitum: porrò Iosaphat filius Ahilud erat a commentariis:
17. & Sadoc filius Achitob, & Achimelech filius Abiathar, erant sacerdotes: & \* Saraias, scriba:
18. Banaïas autem filius Ioïade super cerethi & phelethi: filij autem David sacerdotes \* erant.

## CAPUT IX.

*Quantum pietatis exhibuerit David Miphiboseth filio Ionathæ claudo, redditus omnibus agris Saül, quos colebat Siba cum filiis ac servis suis, Miphiboseth ad mensam David recepto.*

1. **E**T dixit David: Putasne est aliquis qui remanserit de domo Saül, ut faciam cum eo misericordiam propter Ionathan?
2. Erat autem de domo Saül, servus nomine Siba: quem cum vocasset rex ad se, dixit ei: Tunè es Siba? Et ille respondit: Ego sum servus tuus.
3. Et ait rex: Numquid superest aliquis de domo Saül, ut faciam cum eo misericordiam Dei? Dixitque Siba regi: Superest filius Ionathæ, debilis pedibus.

4. Ubi, inquit, est? Et Siba ad regem, Ecce, ait, in domo est Machir filij Ammiel in Lodabar.
5. Misit ergo rex David, & tulit eum de domo Machir filij Ammiel de Lodabar.
6. Cum autem venisset Miphiboseth filius Ionathæ filij Saül ad David, corruit in faciem suam, & adoravit. Dixitque David: Miphiboseth? Qui respondit: Adsum servus tuus.
7. Et ait ei David: Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam propter Ionathan patrem tuum, & restitui tibi omnes agros Saül patris tui, & tu comedes panem in mensa mea semper.
8. Qui adorans eum, dixit: Quis ego sum servus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei?
9. Vocavit itaque rex Siba puerum Saül, & dixit ei: Omnia quæcumque fuerunt Saül, & universam domum eius, dedi filio domini tui.
10. Operare igitur ei terram tu, & filij tui, & servi tui: & inferes filio domini tui cibos ut alatur: Miphiboseth autem filius domini tui comedet semper panem super mensam meam. Erant autem Sibæ quindecim filij, & viginti servi.
11. Dixitque Siba ad regem: Sicut iussisti domine mi rex servo tuo, sic faciet servus tuus: & Miphiboseth comedet super mensam meam, quasi unus de filiis regis.
12. Habebat autem Miphiboseth filium parvulum nomine Micha: omnis verò cognatio domus Sibæ servebat Miphiboseth.
13. Porrò Miphiboseth habitabat in Ierusalem: quia de mensa regis iugiter vescébatur: & erat claudus utroque pede.

## CAPUT X.

*Hanon rex Ammonitarum, post illatam legatis David iniuriam, quos ad consolandum de patris morte miserat, contrahis quinque regum Syria copijs, adversus Davidem, ab eo profligatur semel ac iterum.*

1. **F**ACTUM est autem post hæc, ut moreretur rex filiorum Ammon, & regnavit Hanon filius eius pro eo.
2. Dixitque David: \* Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas, sicut fecit pater eius mecum misericordiam. Misit ergo David, consolans eum per servos suos

Anno M. 2967. Ant. Chr. 1037. \* 1. Paral. 19. 2.



suos super patris interitu. Cùm autem venissent servi David in terram filiorum Ammon,

3. dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon dominum suum: Putas quòd propter honorem patris tui miserit David ad te consolatorem, & non ideò ut investigaret, & exploraret civitatem, & everteret eam, misit David servos suos ad te?

4. Tulit itaque Hanon servos David, rasitque dimidiam partem barbæ eorum, & præcidit vestes eorum medias usque ad nates, & dimisit eos.

5. Quòd cum nunciatum esset David, misit in occursum eorum: erant enim viri confusi turpiter valdè, & mandavit eis David: Manete in Iericho, donec crescat barba vestra, & tunc revertimini.

6. Videntes autem filij Ammon quòd iniurias fecissent David, miserunt, & conduxerunt mercede Syrum Rohob, & Syrum Soba, viginti millia peditum, & a rege Maacha mille viros, & ab Istob duodecim millia virorum.

7. Quòd cum audisset David, misit Ioab & omnem exercitum bellatorum.

8. Egressi sunt ergo filij Ammon, & direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ: Syrus autem Soba, & Rohob, & Istob, & Maacha seorsum erant in campo.

9. Videns igitur Ioab quòd præparatum esset adversum se prælium, & ex adverso & post tergum, elegit ex omnibus electis Israël, & instruxit aciem contra Syrum:

10. Reliquam autem partem populi tradidit Abisai fratri suo, qui direxit aciem adversus filios Ammon.

11. Et ait Ioab: Si prævaluerint adversum me Syri, eris mihi in adiutorium: si autem filij Ammon prævaluerint adversum te, auxiliabor tibi.

12. Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & civitate Dei nostri: Dominus autem faciet quòd bonum est in conspectu suo.

13. Iniit itaque Ioab & populus qui erat cum eo, certamen contra Syros: qui statim fugerunt a facie eius.

14. Filij autem Ammon videntes quia fugissent Syri, fugerunt & ipsi a facie Abisai, & ingressi sunt civitatem: reversusque est Ioab a filiis Ammon, & venit Ierusalem.

15. Videntes igitur Syri quoniam cor-

ruissent coram Israël, congregati sunt pariter.

16. Misitque Adarezer, & eduxit Syros, qui erant trans fluvium, & adduxit eorum exercitum: Sobach autem, magister militiæ Adarezer, erat princeps eorum.

17. Quòd cum nunciatum esset David, contraxit omnem Israël, & transivit Iordanem, venitque in Helam: & direxerunt aciem Syri ex adverso David, & pugnaverunt contra eum.

18. Fugeruntque Syri a facie Israël, & occidit David de Syris septingentos curus \*, & quadraginta millia equitum: & Sobach principem militiæ percussit: qui statim mortuus est.

19. Videntes autem universi reges, qui erant in præsidio Adarezer, se victos esse ab Israël, expaverunt & fugerunt quinquaginta & octo millia coram Israël. Et fecerunt pacem cum Israël: & servierunt eis, timueruntque Syri auxilium præbere ultra filiis Ammon.

## CAPUT XI.

*Dum Ioab obsidet Rabba civitatem Ammonitarum, David domi residens adulterio Bethsabee admixxit, ad id celandum, homicidium viri illius Uriæ; acceptaque illa in uxorem, & nato ex ea filio, Dominum commovit ad iram.*

1. **F**ACTUM est autem, \* vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit David Ioab, & servos suos cum eo, & universum Israël, & vastaverunt filios Ammon, & obsederunt Rabba: David autem remansit in Ierusalem.

2. Dum hæc agerentur, accidit ut surgeret David de strato suo post meridiem, & deambularet in solario domus regiæ: viditque mulierem se lavantem, ex adverso super solarium suum: erat autem mulier pulchra valdè.

3. Misit ergo rex, & requisivit quæ esset mulier. Nunciatumque est ei quòd ipsa esset Bethsabee filia Eliam, uxor Uriæ Hethæi.

4. Missis itaque David nunciis, tulit eam. quæ cum ingressa esset ad illum, dormivit cum ea: \* statimque sanctificata est ab immunditia sua:

5. Et reversa est in domum suam concepto foetu. Mittensque nunciavit David, & ait: Concepi,

Anno M. 2968. Ant. Chr. 1036.

\* 1. Paral. 19. 18. legitur septem millia currum: Ibi igitur videtur numerum omnium expressisse: hic verò selectorum, ni mendum suspicaris in numeris. Præterea, ibid. habetur quadraginta millia peditum: hic verò equitum: sed quod in uno deest, ex altero suppletur: dum videtur.

\* 1. Paral. 20. 1. Anno M. 2969. Ant. Chr. 1035. Aetatis David 50.

\* Lev. 15. 18.

6. Mi-

6. Misit autem David ad Ioab, dicens: Mitte ad me Uriam Hethæum. Misitque Ioab Uriam ad David.

7. Et venit Urias ad David. Quæsitivæque David quàm rectè ageret Ioab, & populus, & quomodo administraretur bellum.

8. & dixit David ad Uriam: Vade in domum tuam, & lava pedes tuos. Et egressus est Urias de domo regis, secutusque est eum cibus regius.

9. Dormivit autem Urias ante portam domus regie cum aliis servis domini sui, & non descendit ad domum suam.

10. Nunciatumque est David a dicentibus: Non ivit Urias in domum suam. Et ait David ad Uriam: Numquid non de viâ venisti? quare non descendisti in domum tuam?

11. Et ait Urias ad David: Arca Dei & Israël & Iuda habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab, & servi domini mei super faciem terræ manent: & ego ingrediar domum meam, ut comedam & bibam, & dormiam cum uxore mea? per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ non faciam rem hæc.

12. Ait ergo David ad Uriam: Manè hic etiam hodie, & cras dimittam te. Mansit Urias in Ierusalem in die illa & altera:

13. & vocavit eum David ut comederet coram se & biberet, & inebriavit eum: qui egressus vesperè, dormivit in strato suo cum servis domini sui, & in domum suam non descendit.

14. Factum est ergo manè, & scripsit David epistolam ad Ioab: misitque per manum Uriæ,

15. scribens in epistola: Ponite Uriam ex adverso belli, ubi fortissimum est prælium: & derelinquite eum, ut percussus intereat.

16. Igitur cum Ioab obsideret urbem, posuit Uriam in loco ubi sciebat viros esse fortissimos.

17. Egressique viri de civitate, bellabant adversum Ioab, & ceciderunt de populo servorum David, & mortuus est etiam Urias Hethæus.

18. Misit itaque Ioab, & nunciavit David omnia verba prælij:

19. Præcepitque nuncio, dicens: Cùm compleveris universos sermones belli ad regem,

20. Si eum videris indignari, & dixerit: Quare accessistis ad murum, ut præliare-

mini? an ignorabatis quòd multa desuper ex muro tela mittantur?

21. Quis percussit Abimelech filium Ierobaal? \* nōne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? quare iuxta murum accessistis? dices: Etiam servus tuus Urias Hethæus occubuit.

22. Abiit ergo nuncius, & venit, & narravit David omnia quæ ei præceperat Ioab.

23. Et dixit nuncius ad David: Prævaluerunt adversum nos viri, & egressi sunt ad nos in agrum: nos autem factò impetu persecuti eos sumus usque ad portam civitatis.

24. Et direxerunt iacula sagittarij ad servos tuos ex muro desuper: mortuique sunt de servis regis, quinetiam servus tuus Urias Hethæus mortuus est.

25. Et dixit David ad nuncium: Hæc dices Ioab: Non te frangat ista res: varius enim eventus est belli, nunc hunc, & nunc illum consumit gladius: confortata bellatores tuos adversus urbem, ut destruas eam, & exhortare eos.

26. Audivit autem uxor Uriæ, quòd mortuus esset Urias vir suus, & planxit eum.

27. Transacto autem luctu misit David, & introduxit eam in domum suam, & facta est ei uxor, peperitque ei filium: & displicuit verbum hoc, quòd fecerat David, coram Domino.

## CAPUT XII.

*David, sub parabola a Nathan proposita correptus, in se ipsum tulit sententiam: inde Nathan multa illi minatur incommoda; quibus compuncto culpa condonatur, manente pena, & mortuo puero, nascitur Salomon; ac civitas Rabbath cum magna viatione diruitur, accepto diadema pretiosissimo regis ipsius. In Ammonitas graviter advertitur.*

1. **M**isit ergo Dominus Nathan ad David: qui cum venisset ad eum, dixit ei: Duo viri erant in civitate una, unus dives, & alter pauper.

2. Dives habebat oves, & boves plurimos valdè.

3. Pauper autem nihil habebat omnino, præter ovem unam parvulam, quam emerat & nutrierat, & quæ creverat apud eum cum filiis eius simul, de panè illius

\* Judic. 9. 53.

Anno M. 2970. Ant. Chr. 1034.

co-



comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens: eratque illi sicut filia.

4. Cùm autem peregrinus quidam venisset ad divitem, parcens ille sumere de ovibus & de bobus suis, ut exhiberet convivium peregrino illi, qui venerat ad se, tulit ovem viri pauperis, & præparavit cibos homini qui venerat ad se.

5. Iratus autem indignatione David adversus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: Vivit Dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc.

\* Exod. 22. 6. \* Ovem reddet in quadruplum, eò quòd fecerit verbum istud, & non pepererit.

7. Dixit autem Nathan ad David: Tu es ille vir. Hæc dicit Dominus Deus Israël: Ego unxi te in regem super Israël, & ego erui te de manu Saül,

8. Et dedi tibi domum domini tui, & uxores domini tui in sinu tuo, dedique tibi domum Israël & Iuda: & si parva sunt ista, adjiciam tibi multò maiora.

9. Quare ergo contempsisti verbum Domini ut faceres malum in conspectu meo? Uriam Hethæum percussisti gladio, & uxorem illius accepisti in uxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon.

10. Quamobrem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum, eò quòd despexeris me, & tuleris uxorem Uriæ Hethæi, ut esset uxor tua.

11. Itaque hæc dicit Dominus: Ecce, ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in oculis Solis huius.

\* Inf. 16. 22.

12. Tu enim fecisti abscondite: ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël, & in conspectu Solis.

\* Eccli. 47. 13.

13. Et dixit David ad Nathan: Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transtulit peccatum tuum: non morieris.

14. Verumtamen, quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi, morte morietur.

15. Et reversus est Nathan in domum suam. Percussit quoque Dominus parvulum, quem pepererat uxor Uriæ David, & desperatus est.

16. Depracatusque est David Dominum pro parvulo: & ieiunavit David ieiunio, & ingressus seorsum, iacuit super terram.

17. Venerunt autem seniores domus

eius, cogentes eum ut surgeret de terra, qui noluit, nec comedit cum eis cibum.

18. Accidit autem die septima ut moretur infans: timeruntque servi David nunciare ei quòd mortuus esset parvulus. dixerunt enim: Ecce cùm parvulus adhuc viveret, loquebamur ad eum, & non audiebat vocem nostram: quantò magis si dixerimus: Mortuus est puer, se affliget?

19. Cùm ergo David vidisset servos suos mussitantes, intellexit quòd mortuus esset infantulus: dixitque ad servos suos: Num mortuus est puer? Qui responderunt ei: Mortuus est.

20. Surrexit ergo David de terra: & lotus unctusque est: cùmque mutasset vestem, ingressus est domum Domini: & adoravit, & venit in domum suam, petivitque ut ponerent ei panem, & comedit.

21. Dixerunt autem ei servi sui: Quis est sermo, quem fecisti? propter infantem, cùm adhuc viveret ieiunasti & flebas: mortuo autem puero, surrexisti, & comedisti panem.

22. Qui ait: Propter infantem, dum adhuc viveret, ieiunavi & flevi: dicebam enim: Quis scit si forte donet eum mihi Dominus, & vivat infans?

23. Nunc autem quia mortuus est, quare ieiunem? Numquid potero revocare eum amplius? ego vadam magis ad eum: ille verò non revertetur ad me.

24. Et consolatus est David Bethsabee uxorem suam, ingressusque ad eam, dormivit cum ea: quæ genuit filium, & vocavit nomen eius SALOMON, & Dominus dilexit eum.

25. Misitque in manu Nathan prophete, & vocavit nomen eius, Amabilis Domino, eò quòd diligeret eum Dominus.

26. \* Igitur pugnabat Ioab contra Rabbath filiorum Ammon, & expugnabat urbem regiam.

27. Misitque Ioab nuncios ad David, dicens: Dimicavi adversum Rabbath, & capienda est Urbs aquarum.

28. Nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obside civitatem, & cape eam: ne, cùm a me vastata fuerit urbs, nomini meo adscribatur victoria.

29. Congregavit itaque David omnem populum, & profectus est adversum Rabbath: cùmque dimicasset, cepit eam.

30. Et tulit diadema regis eorum de capite eius, pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, & impositum est super

\* Ann. M. 2971. Ant. Chr. 1033.

\* 1. Par. 20. 1.

ca-

caput David. Sed & prædàm civitatis asportavit multam valde:

31. Populum quoque eius adducens serravit, & circumegit super eos ferrata carpenta: divisitque cultris, & traduxit in typo laterum: sic fecit universis civitatibus filiorum Ammon: & reversus est David, & omnis exercitus in Ierusalem.

### CAPUT XIII.

*Absalom, propter incestum cum sorore Thamar, fratrem Amnon inter epulas occidit: iratogue patre, profugus ad regem Gesur, tribus annis ibi permansit.*

Ann. M. 2972. Ant. Chr. 1032.

1. **F**ACTUM est autem post hæc, ut Absalom filij David sororem speciosissimam, vocabulo Thamar, adamarat Amnon filius David,

2. & deperiret eam valde, ita ut propter amorem eius egrotaret: quia cùm esset virgo, difficile ei videbatur ut quippiam inhonestè ageret cum ea.

3. Erat autem Amnon amicus, nomine Ionadab filius Semmaa fratris David, vir prudens valde.

4. Qui dixit ad eum: Quare sic attenuaris macie fili regis per singulos dies? cur non indicas mihi? Dixitque ei Amnon: Thamar sororem fratris mei Absalom amo.

5. Cui respondit Ionadab: Cuba super lectum tuum, & languorem simula: cùmque venerit pater tuus ut visitet te, dic ei: Veniat, oro, Thamar soror mea, ut det mihi cibum, & faciat pulmentum, ut comedam de manu eius.

6. Accubuit itaque Amnon, & quasi egrotare cepit: cùmque venisset rex ad visitandum eum, ait Amnon ad regem: Veniat, obsecro, Thamar soror mea, ut faciat in oculis meis duas sorbitiunculas, & cibum capiam de manu eius.

7. Misit ergo David ad Thamar domum, dicens: Veni in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum.

8. Venitque Thamar in domum Amnon fratris sui: ille autem iacebat: quæ tolens farinam commiscuit: & liquefaciens, in oculis eius coxit sorbitiunculas.

9. Tollensque quod coxerat, effudit, & posuit coram eo, & noluit comedere: dixitque Amnon: Ejicite universos a me. Cùmque eiecissent omnes,

10. dixit Amnon ad Thamar: Infer cibum in conclave, ut vescar de manu

tua. Tulit ergo Thamar sorbitiunculas, quas fecerat, & intulit ad Amnon fratrem suum in conclave.

11. Cùmque obtulisset ei cibum, apprehendit eam, & ait: Veni cuba mecum soror mea.

12. Quæ respondit ei: Noli frater mihi, noli opprimere me, neque enim hoc fas est in Israël: noli facere stultitiam hanc.

13. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quasi unus de insipientibus in Israël: quin potius loquere ad regem, & non negabit mihi tibi.

14. Noluit autem acquiescere precibus eius, sed prævalens viribus oppressit eam, & cubavit cum ea.

15. Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis: ita ut maius esset odium, quo oderat eam, amore quo antè dilexerat. Dixitque ei Amnon: Surge, & vade.

16. Quæ respondit ei: Maius est hoc malum, quod nunc agis adversum me, quàm quod antè fecisti, expellens me: Et noluit audire eam.

17. Sed vocato puero, qui ministrabat ei, dixit: Ejice hanc a me foras, & claudet ostium post eam.

18. Quæ induta erat talari tunica: huiusmodi enim filie regis virgines vestibus utebantur. Eiecit itaque eam ministræ illius foras: clausitque fores post eam.

19. Quæ aspergens cinerem capiti suo, scissâ talari tunica, impositisque manibus super caput suum, ibat ingrediens, & clamans.

20. Dixit autem ei Absalom frater suus: Numquid Amnon frater tuus concubuit tecum? sed nunc soror tace, frater tuus est: neque affligas cor tuum pro hac re. Mansit itaque Thamar contabescens in domo Absalom fratris sui.

21. Cùm autem audisset rex David verba hæc, contristatus est valde, & noluit contristare spiritum Amnon filij sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.

22. Porro non est locutus Absalom ad Amnon nec malum, nec bonum: oderat enim Absalom Amnon, eò quòd violasset Thamar sororem suam.

23. Factum est autem post tempus biennij, ut tonderentur oves Absalom in Baalhasor, quæ est iuxta Ephraim: & vocavit Absalom omnes filios regis,

24. Venitque ad regem, & ait ad eum: Ecce tondentur oves servi tui: veniat, oro,

rex

\* Anno M. 2974. Ant. Chr. 1030.



rex cum servis suis ad servum suum.  
 25. Dixitque rex ad Absalom: Noli fili mi, noli rogare ut veniamus omnes, & gravemus te. Cum autem cogeret eum, & nolisset ire, benedixit ei.  
 26. Et ait Absalom: Si non vis venire, veniat, obsecro, nobiscum saltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex: Non est necesse ut vadat tecum.  
 27. Cogit itaque Absalom eum, & dimisit eum eo Amnon & universos filios regis. Pecceratque Absalom convivium quasi convivium regis.  
 28. Præceperat autem Absalom pueris suis, dicens: Observate cum temulentus fuerit Amnon vino, & dixerō vobis: Percutite eum, & interficite, nolite timere: ego enim sum qui præcipio vobis: roboramini, & estote viri fortes.  
 29. Peccerunt ergo pueri Absalom adversum Amnon, sicut præceperat eis Absalom. Surgentesque omnes filij regis ascenderunt singuli mulas suas, & fugerunt.  
 30. Cumque adhuc pergerent in itinere, fama pervenit ad David, dicens: Percussit Absalom omnes filios regis, & non remansit ex eis saltem unus.  
 31. Surrexit itaque rex, & scidit vestimenta sua: & cecidit super terram, & omnes servi illius, qui assistebant ei, sciderunt vestimenta sua.  
 32. Respondens autem Ionadab filius Semmaa fratris David, dixit: Ne aestimet dominus meus rex, quod omnes pueri filij regis occisi sint: Amnon solus mortuus est, quoniam in ore Absalom erat positus ex die qua oppressit Thamar sororem eius.  
 33. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbum istud, dicens: Omnes filij regis occisi sunt: quoniam Amnon solus mortuus est.  
 34. Fugit autem Absalom: & elevavit puer speculator oculos suos, & aspexit: & ecce populus multus veniebat per iter devium ex latere montis.  
 35. Dixit autem Ionadab ad regem: Ecce filij regis adsunt: iuxta verbum servi tui sic factum est.  
 36. Cumque cessasset loqui, apparuerunt & filij regis: & intrantes levaverunt vocem suam, & fleverunt: sed & rex & omnes servi eius fleverunt ploratu magno nimis.  
 37. Porro Absalom fugiens, abiit ad Tholomai\* filium Ammiad regem Gessur.

\* Avum suum matrem.

Luxit ergo David filium suum cunctis diebus.  
 38. Absalom autem cum fugisset, & venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis.  
 39. Cessavitque rex David: persequi Absalom, eo quod consolatus esset super Amnon interitu.

CAPUT XIV.

*Absalom mulieris Thecuite solertia revocari curat Ioab a Gessur in Ierusalem; de pulchritudine & filiis Absalom, qui benedixit post reditum faciem patris non vidit, donec messem Ioab incendi iussit.*

1. Intelligens autem Ioab filius Sarviae, quod cor regis verum esset ad Absalom,  
 2. Misit Thecum, & tulit inde mulierem sapientem: dixitque ad eam: Lugere te simula, & induere veste lugubri, & ne ungaris oleo, ut sis quasi mulier iam plurimo tempore lugens mortuum.  
 3. Et ingredieris ad regem, & loqueris ad eum sermones huiusmodi. Posuit autem Ioab verba in ore eius.  
 4. Itaque cum ingressa fuisset mulier Thecuitis ad regem, cecidit coram eo super terram, & adoravit, & dixit: Serva me rex.  
 5. Et ait ad eam rex: Quid causæ habes? Quæ respondit: Heu, mulier vidua ego sum: mortuus est enim vir meus.  
 6. Et ancilla tuæ erant duo filij: qui rixati sunt adversum se in agro, nullusque erat, qui eos prohibere posset: & percussit alter alterum, & interfecit eum.  
 7. Et ecce consurgens universa cognatio adversum ancillam tuam, dicit: Trade eum, qui percussit fratrem suum, ut occidamus eum pro anima fratris sui, quem interfecit, & delectamus heredem: & querunt extinguere scintillam meam, quæ relicta est, ut non supersit viro meo nomen, & reliquæ super terram.  
 8. Et ait rex ad mulierem: Vade in domum tuam, & ego iubebo pro te.  
 9. Dixitque mulier Thecuitis ad regem: In me, domine mi rex, sit iniquitas, & in domum patris mei: rex autem & thronus eius sit innocens.  
 10. Et ait rex: Qui contraxerit tibi, addue eum ad me, & ultra non addet ut tangat te.  
 11. Quæ ait: Recordetur rex Domini Dei sui, ut non multiplicentur proximi san-

Anno M. 2977. Ant. Chr. 1027.

\* 1. Reg. 7. 6. Ezech. 18. 22. & 33. 11.

\* 1. Reg. 29. 9.

sanguinis ad ulciscendum, & nequaquam interficiant filium meum. Qui ait: Vivit Dominus, quia non cadet de capillis filij tui super terram.  
 12. Dixit ergo mulier: Loquatur ancilla tua ad dominum meum regem verbum. Et ait: Loquere.  
 13. Dixitque mulier: Quare cogitasti huiusmodi rem contra populum Dei, & locutus est rex verbum istud, ut peccet, & non reducat eiectum suum?  
 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur: \* nec vult Deus perire animam, sed retractat cogitans ne penitus pereat qui abiectus est.  
 15. Nunc igitur veni, ut loquar ad dominum meum regem verbum hoc, præsentem populo. Et dixit ancilla tua: Loquar ad regem, si quo modo faciat rex verbum ancillæ suæ.  
 16. Et audivit rex, ut liberaret ancillam suam de manu omnium, qui volebant de hereditate Dei delere me, & filium meum simul.  
 17. Dicit ergo ancilla tua, ut fiat verbum domini mei regis sicut sacrificium. \* Sicut enim Angelus Dei, sic est dominus meus rex, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur: unde & Dominus Deus tuus est tecum.  
 18. Et respondens rex, dixit ad mulierem: Ne abscondas a me verbum, quod te interrogo. Dixitque ei mulier: Loquere domine mi rex.  
 19. Et ait rex: Numquid manus Ioab tecum est in omnibus istis? Respondit mulier, & ait: Per salutem animæ tuæ, domine mi rex, nec ad sinistram, nec ad dexteram est ex omnibus his, quæ locutus est dominus meus rex: servus enim tuus Ioab, ipse præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc.  
 20. Ut verterem figuram sermonis huius, servus tuus Ioab præcepit istud: tu autem domine mi rex, sapiens es, sicut habet sapientiam Angelus Dei, ut intelligas omnia super terram.  
 21. Et ait rex ad Ioab: Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo, & revoca puerum Absalom.  
 22. Cadensque Ioab super faciem suam in terram, adoravit, & benedixit regi: & dixit Ioab: Hodie intellexit servus tuus, quia inveni gratiam in oculis tuis, domine mi rex: fecisti enim sermonem servi tui.  
 23. Surrexit ergo Ioab & abiit in Gessur, & adduxit Absalom in Ierusalem.  
 24. Dixit autem rex: Revertatur in domum suam, & faciem meam non videat. Reversus est itaque Absalom in domum suam, & faciem regis non vidit.  
 25. Porro sicut Absalom, vir non erat pulcher in omni Israël, & decorus nimis: a vestigio pedis usque ad verticem non erat in eo ulla macula.  
 26. Et quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis, pondere publico.  
 27. Nati sunt autem Absalom filij tres: & filia una nomine Thamar, elegantis formæ.  
 28. Mansitque Absalom in Ierusalem duobus annis, & faciem regis non vidit.  
 29. Misit \* itaque ad Ioab, ut mitteret eum ad regem: qui noluit venire ad eum. Cumque secundo misisset, & ille nolisset venire ad eum,  
 30. dixit servis suis: Scitis agrum Ioab iuxta agrum meum, & habentem messem hordei: ite igitur, & succendite eum igni. Succenderunt ergo servi Absalom segetem igni. Et venientes servi Ioab, scissis vestibus suis, dixerunt: Succenderunt servi Absalom partem agri igni.  
 31. Surrexitque Ioab, & venit ad Absalom in domum eius, & dixit: Quare succenderunt servi tui segetem meam igni?  
 32. Et respondit Absalom ad Ioab: Misi ad te obsecrans ut venires ad me, & mitterem te ad regem, & diceres ei: Quare veni de Gessur? melius mihi erat ibi esse: obsecro ergo ut videam faciem regis: quod si memor est iniquitatis meæ, interficiat me.  
 33. Ingressus itaque Ioab ad regem, nunciavit ei omnia: vocatusque est Absalom, & intravit ad regem, & adoravit super faciem terræ coram eo: osculatusque est rex Absalom.

CAPUT XV.

*Absalom conciliato sibi populi favore, adversus patrem coniurat in Hebron, quem pater fugit, paucis cum Arca remissis, & inter alios Chusai remittitur, dissipaturus consilium Achitophel.*

1. Igitur post hæc fecit sibi Absalom currus, & equites, & quinquaginta viros, qui præcederent eum.

Anno M. 2979. Ant. Chr. 1025.

Anno M. 2980. Ant. Chr. 1024.



7. Et manē consurgens Absalom, statim iuxta introitum portæ, & omnem virum, qui habebat negotium ut veniret ad regis iudicium, vocabat Absalom ad se, & dicebat: De qua civitate es tu? Qui respondens aiebat: Ex una tribu Israël ego sum servus tuus.

8. Respondebatque ei Absalom: Videntur mihi sermones tui boni & iusti. Sed non est qui te audiat constitutus a rege. Dicebatque Absalom:

9. Quis me constituat iudicem super terram, ut ad me veniant omnes, qui habent negotium, & iuste iudicem?

10. Sed & cum accederet ad eum homo ut salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens, osculabatur eum.

11. Faciebatque hoc omni Israël venienti ad iudicium, ut audiretur a rege, & sollicitabat corda virorum Israël.

12. Post \* quadraginta autem annos, dixit Absalom ad Regem David: Vadam, & reddam vota mea que vovi Domino in Hebron.

13. Vovens enim vovit servus tuus, cum esset in Gessur Syriae, dicens: Si reduxerit me Dominus in Ierusalem, sacrificabo Domino.

14. Dixitque ei rex David: Vade in pace. Et surrexit, & abiit in Hebron.

15. Misit autem Absalom exploratores in universas tribus Israël, dicens: Statim ut audieritis clangorem buccinæ, dicite: Regnavit Absalom in Hebron.

16. Porrò cum Absalom ierunt ducenti viri de Ierusalem vocati, euntes simplici corde, & causam penitus ignorantes.

17. Accersivit quoque Absalom Achitophel Gilonitem consiliarium David, de civitate sua Gilo. Cùmque immolaret victimas, facta est coniuratio valida, populusque concurrere augebatur cum Absalom.

18. Venit igitur nuncius ad David, dicens: Toto corde universus Israël sequitur Absalom.

19. Et ait David servis suis, qui erant cum eo in Ierusalem: Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium a facie Absalom: festinate egredi, ne forte veniens occupet nos, & impellat super nos ruinam, & percutiat civitatem in ore gladii.

20. Dixeruntque servi regis ad eum: omnia quæcumque præcepit Dominus noster rex, libenter exequemur servi tui.

21. Egressus est ergo rex, & universa domus eius pedibus suis: & dereliquit

\* Eodem ann. 2981. statim David 62.

rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum.

22. Egressusque rex & omnis Israël pedibus suis, stetit procul a domo.

23. Et universi servi eius ambulabant iuxta eum, & legiones Cerethi, & Phelethi, & omnes Gethæi, pugnatore validi, sexcenti viri qui secuti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant regem.

24. Dixit autem rex ad Ethai Gethæum: Cur venis nobiscum? revertere, & habita cum rege, quia peregrinus es, & egressus es de loco tuo.

25. Heri venisti, & hodie compelleris nobiscum egredi? ego autem vadam quod iturus sum: revertere, & reduce tecum fratres tuos, & Dominus faciet tecum misericordiam, & veritatem, quia ostendisti gratiam & fidem.

26. Et respondit Ethai regi, dicens: Vivit Dominus, & vivit dominus meus rex: quoniam in quocumque loco fueris domine mi rex, sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus.

27. Et ait David Ethai: Veni, & transi. Et transiit Ethai Gethæus, & omnes viri, qui cum eo erant, & reliqua multitudo.

28. Omnesque fiebant voce magna, & universus populus transibat: rex quoque transgrediebatur Torrentem Cédron, & cunctus populus incedebat contra viam, que respicit ad desertum.

29. Venit autem & Sadoc sacerdos, & universi Levitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei, & deposuerunt arcam Dei: & ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus, qui egressus fuerat, de civitate.

30. Et dixit rex ad Sadoc: Reporta arcam Dei in urbem: si invenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum.

31. Si autem dixerit mihi: Non places: præsto sum, faciat quod bonum est coram se.

32. Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem: O videns revertere in civitatem in pace: & Achimaas filius tuus, & Ionathas filius Abiathar duo filij vestri, sint vobiscum.

33. Ecce ego abscondar in campestribus deserti, donec veniat sermo a vobis indicans mihi.

34. Reportaverunt ergo Sadoc, & Abiathar arcam Dei in Ierusalem: & manserunt ibi.

35. Porrò David ascendebat Clivum oli-

olivarum, scândens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite, sed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans.

36. Nunciatum est autem David quòd & Achitophel esset in coniuratione cum Absalom, dixitque David: Infatuus quæso, Domine consilium Achitophel.

37. Cùmque ascenderet David summitem montis, in quo adoraturus erat Dominum, ecce occurrit ei Chusai Arachites, scissa veste, & terra pleno capite.

38. Et dixit ei David: Si veneris mecum, ieris mihi onerari: si autem in civitate revertaris, & dixeris Absalom: Servus tuus sum, rex: sicut fui servus patris tui, sic ero servus tuus: dissipabis consilium Achitophel.

39. Habes autem tecum Sadoc, & Abiathar sacerdotes: & omne verbum quodcumque audieris de domo regis, indica bis Sadoc, & Abiathar sacerdotibus.

40. Sunt autem cum eis duo filij eorum Achimaas filius Sadoc, & Ionathas filius Abiathar: & mitetis per eos ad me omne verbum quod audieritis.

41. Veniente ergo Chusai amico David in civitatem, Absalom quoque ingressus est Ierusalem.

42. CAPUT XVI. David Siba cibaria adferenti ac detractori confert bona Miphiboseth. Semei maledictum occidi vetat. Absalom Ierusalem ingressus, consilio Achitophel ad concubinas patris sui publice ingreditur.

1. Cùmque David transisset paululum montis verticem, apparuit Siba puer Miphiboseth in occursum eius, cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis uvæ passæ, & centum massis palatharum, & utre vini.

2. Et dixit rex Siba: Quid sibi volunt hæc? Responditque Siba: Asini, domesticis regis ut sedeant: panes & palathæ ad vescendum pueris tuis: vinum autem ut bibas si quis defecerit in deserto.

3. Et ait rex: Ubi est filius domini tui? Responditque Siba regi: Remansit in Ierusalem, dicens: Hodie restituet mihi domus Israël regnum patris mei.

4. Et ait rex Siba: Tua sint omnia quæ fuerunt Miphiboseth. Dixitque Siba: Oro ut inveniam gratiam coram te, domine mi rex.

5. Venit ergo rex David usque Bahurim: & ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saül, nomine Semei, filius Gerai, procedebatque egrediens, & maledicebat, sup. quibus dicitur hodie

6. mittebatque lapides contra David, & contra universos servos regis David: omnis autem populus, & universi bellatores a dextro, & a sinistro latere regis incedebant.

7. Ita autem loquebatur Semei cum malediceret regi: Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial.

8. Reddidit tibi Dominus universum sanguinem domus Saül: quoniam invasisti regnum pro eo, & dedit Dominus regnum in manu Absalom filij tui, & ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es.

9. Dixit autem Abisai filius Sarviae regi: Quare maledicisti canis hic mortuus domino meo regi? vadam, & amputabo caput eius.

10. Et ait rex: Quid mihi & vobis est filij Sarviae? dimitte eum, ut maledicatur Dominus enim præcepit ei ut malediceret David: & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit?

11. Et ait rex Abisai, & universis servis suis: Ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, quærit animam meam: quantò magis nunc filius femini? dimitte eum ut maledicat iuxta præceptum Domini.

12. si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.

13. Ambulabat itaque David & socij eius per viam cum eo. Semei autem per iugum montis ex latere, contra illum gradebatur, maledicens, & mittens lapides adversum eum, terramque spargens.

14. Venit itaque rex, & universus populus cum eo lassus, & refocillati sunt ibi.

15. Absalom autem & omnis populus eius ingressi sunt Ierusalem, sed & Achitophel cum eo.

16. Cùm autem venisset Chusai Arachites amicus David ad Absalom, locutus est ad eum: Salve rex, salve rex.

17. Ad quem Absalom, hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum? quare non ivisti cum amico tuo?

18. Responditque Chusai ad Absalom: Nequaquam: quia illius ero, quem elegit Dominus, & omnis hic populus, & universus Israël, & cum eo manebo.

19. Sed

20. Reg. 1.

21. Reg. 1.

22. Reg. 1.

23. Reg. 1.

24. Reg. 1.

25. Reg. 1.

Eodem ann. 2981. Ant. Chr. 1023.

\* Inf. 19. 27.

\* 3. Reg. 1.

\* 3. Reg. 1.

\* 3. Reg. 1.

\* 3. Reg. 1.

\* 3. Reg. 1.

\* 3. Reg. 1.

\* 3. Reg. 1.